6086 XXX 6 rep. in Castellano [in museo Asculano 1870 n. 895]. Pendet 56 gr.
7 [in museo Kircheriano n. 253].
8 [in museo Kircheriano n. 252].
9 [in museo Neapolitano n. 71 = 219]. Pendet 65 gr. Robigine alba obducta est.
10 [in museo Bononiensi]. Pendet 64 gr.
11 [in museo Wiesbadensi n. 7808, empta a. 1872 ab Iheringio Monacensi cum falsis 739* 1—4 et 757*]. Robigine subalba obtecta est.

OPERGK aut (6 et 7) OPERGN

6: 

7:

8: 

1 Descripsi: OPERGI///
2 Descripsi: OP//I//RGK
3 Descripsi valde detritam: OPERC//
4 Descripsi: OI/ERGK
5 Descripsi: OPERGK. Litterae P hasta sursus aliquantulum producta est, ut tamen de I ligata cogitari non posse videatur.
6 Descripsi et supra exhibui.
7 Descripsi et supra exhibui. — Ruggiero n. 253; Garrucci Syll. n. 971 OPERGIV male.
8 Descripsi et supra exhibui (infra duas ultimas litteras plumbi particula desecta est). — Ruggiero n. 252; Garrucci Syll. n. 971 OPERGI male. Hanc ut videtur exhibet De Minicis tab. II n. 72: OPERGK (perperam clausa P et Ė pro E), qui in commentario prorsus omisit, (inde Ritschl t. IX 61 et Mommsen n. 710).
9 Descripsi: OPERGK (in fine utrum K sit an I, incertum est). — Fiorelli *Catal.* n. 71 = 219; Garrucci Syll. n. 971: OPERGI male.
10 Descripsi: OPERGI. — Rocchi, qui cum Mommseno communicavit (Corp. I p. 560 ad n. 710), legit cITO·PERGE, id quod admitti nequaquam potest.
11 Descripsi: OPERGL. Videtur esse genuina. — Ed. Bergk *Rhein. Jahrb.* 55 (1875) p. 52 = *Schleudergeschosse* p. 121.

Huius glandis, quam ad Asculum pertinere nunc demum ex n. 1—6 intelleximus, prolatae fuerunt lectiones hae:

OPITERGIN(*orum*) Mommseni ex Minicii (de lectione tacentis) imagine (8).
cITO·PERGE Rocchii (10).
OPERGI Garr. (8).
OPERGIV Garr. (7).
OPEROR Desjardins } ex Vincenzinii falsis sed ex Minicii ima-
OPTERVA Bergk } gine repetitis.

Vera est aut ea quam ipse, tum quidem praeter imaginem Minicianam iisdem Vincenzinianis usus, repperi (cf. ad 737* 101 sq.):

OPTERGA i. e. *ob terga*

i. e. *ad, in terga* — cf. Ennii (apud Festum p. 178 = Vahlen p. 44 et 175) *ob Romam legiones ducere* et *ob Troiam duxit,* tragici incerti (Ribbeck ed. 2 p. 248) *ob os ora obvertebant sua,* Plauti mil. 2, 1, 70 (148) *glaucumam ob oculos obiciemus;* composita *obdere*, alia —, ubi tamen mirum est *op* in utraque inscriptione (n. XXX et XXXI) pro *ob* positum; aut, si lineola, quae in n. 7 clariusque in n. 6 accessit, non est casu addita,

OPTERGIN

Hoc si probamus, in ceteris exemplaribus statuendum erit ultimam lineam fusionis defectu non provenisse elisaque I scriptum esse pro OPITERGIN, ut glans cum Mommseno referatur ad Opiterginos, funditores opinor.

6086 XXXI [ab Lazzarinio acquisivit museum Asculanum a. 1872 n. 1458]. Pendet 60 gr.

OPTE|

Descripsi. Pone E pars periit, fortasse cultro desecta. Unica est, in qua inscriptio n. XXX litteris TE non ligatis exhibetur.

XXXII 1 rep. in Castellano sub oppidi muris prope pontem q. d. *Cartara* a Balthasare Saladini [empta a museo Asculano 1870/71 n. 1060]. Pendet 63 gr. Colore est cineraceo.
2 [in museo Kircheriano n. 248].
3 rep. in Castellano [in museo Asculano 1871/72 n. 1321]. Pendet 64 gr.

1: 

2:

1 Descripsi ut supra.
2 Descripsi ut supra. — Ex Minicii apographo Fabretti Corp. I. It. n. 2640 et tab. XLIV; Garrucci Syll. 970; Ruggiero Cat. n. 248, qui Minicium edidisse p. 55 non recte indicavit; debebat pro p. 55 scribere p. 65 ed. separ. (= p. 251) eamque referre ad Kircherianam n. 247 (= nostram n. XLV 3).
3 Descripsi. Male habita est, ut sola restent haec: ∕OЯ··· quae fortasse eiusdem inscriptionis sunt reliquiae.

Recepi, quamquam Latinam esse non constat; nam lectio incerta est. — Kircherianam O<IKO in tab. Fabr., OKIKO in comm. Fabr., OПKO Garr., INIKO Rugg. legerunt, Asculanam 1 legisse OSTRA videtur Vincenzinius, certe hanc inscriptionem pluries excudit, vide 727* 481 al.; sed haec admitti nequeunt. Mihi visa est fere talis qualem supra exhibui. Neglegenter exaratum esse pro IOЯ(e)TПO (vide n. XXX) coniecit Gabriellius, dubitans ipse. Fortasse nomina hominis latent.

XXXIII 1 Asculi (ante LX fere annos ad portam Romanam, ut ferunt) rep. [in mus. Asculano certe inde ab a. 1866 n. 90, 3]. Pendet 37 gr.
2 in Castellano rep. [in mus. Asculano a. 1872 n. 1426]. Pendet 45 gr.
3 in Castellano rep. [in mus. Asculano a. 1875 n. 1849]. Pendet 39 gr.
4 [Asculi apud Venturinium aurificem]. Pendet 39 gr.

1: 

1. 2. 3. 4 Descripsi.

Glandes hae quadrilaterae sunt litteraque supra binas areas perducta est; intellegenda videtur esse A (Etrusca?).